

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 5. Sufficit-ne adesse dum celebratur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacrificio Missæ. Cap. IV. 245

Resp. Licet ex Ecclesiæ præcepto teneantur Fideles integrum Missam audire, S. Antoninus nihilominus respondet: *De eo qui dimittit aliquam partem Missæ, putà introitum, videtur quòd non satisfaciat, quia Can. Missas.* De Consecratione dist. 1. dicitur: Missas die Dominico sacerularibus totas audire speciali ordine præcipimus; ita ut ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præsumat; Respondeo quòd modicum pro nihilo reputatur, nec verba legis ita amarè interpretanda sunt; ideo dicendum est, quòd talis judicandus est servator præcepti; sed si dimitteret notabilem partem, putà medianam, vel tertiam partem, secùs.

Quæst. 4. Quinam excusantur à præcepto audiendi Missam?

Resp. Ut afferit Divus Antoninus: *Excusantur à præcepto audiendi Missam, infirmi* ^{cc 2. p. tit.} *qui non possunt domo exire, & servitores infirmorum qui non possunt dimittere infirmos* ^{cc 9. cap. 10.} *propter periculum, & Matres quæ non possunt* ^{cc} *dimittere parvulos sine periculo; & alii qui* ^{cc} *impedimenta legitima habent, vel ardua negotia, quæ non possunt dimittere sine magno* ^{cc} *detrimento, scandalo, vel periculo. Et illi qui* ^{cc} *justo impedimento, audire non possunt Missam, debent saltem pro aliquo spatio in domo* ^{cc} *vacare orationi, loco Missæ ex congruitate.* ^{cc}

Quæst. 5. Sufficit-ne ad satisfaciendum præcepto audiendi Missam, adesse dum celebratur?

Resp. Non sufficit, sed insuper requiritur attentio, & circa Deum occupatio; ut enim ait S. Cyprianus relatus in Canone: *Quando autem stamus ad orationem, Fratres dilectissimi, vigilare & incumbere ad preces ioto card: debemus; cogitatio omnis carnalis &* ^{Can. Quando autem De Consecr. dist. 1.}

L iiij

246 TRACTATUS V.

secularis abscedat, nec quidquam tunc animus, quam id solum cogitet quod precatur: ideo & Sacerdos ante orationem, prefatione pramissa, parat fratrum mentes, dicendo, Sursum corda, ut dum respondet plebs, Habeamus ad Dominum, admoneatur, nihil se aliud quam Dominum cogitare debere: claudatur contra adversarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiatur.

Et Concilium Tridentinum praecipit Episcopis; *Vt non patientur Missas peragi, Nisi sicc. 22. De prius qui intersint decenter composito corporis sacrifici, Missæ.* declaraverint se mente etiam ac devoto cordis affectu, non solum corpore adesse.

Ques. 6. Tenentur ne Fideles audire Missam Parochialem diebus Dominicis & festi- vis?

Resp. Cum Missa Parochialis instituta sit, ad gratias agendum Deo pro omnibus Beneficiis per hebdomadam acceptis, curare debent omnes Fideles, ut illi intersint, nisi legime excusentur, ut audiant vocem & instruc- tiones salutares Pastorum suorum; & hoc ex- pressè praecipitur in Canone, ubi sic legitur:

Cap. VI Do.,, Vt Dominicis vel Festi- vis diebus, Presbyter, minicis. De antequam Missam celebrent, plebem interro- Parochiis. ,,, gent; si alterius Parochianus in Ecclesia sit, ,,, qui, proprio contempto Presbytero, velit ,,, Missam audire: quem si invenerint, statim ab ,,, Ecclesia ejicient.

Sicc. 22. De Et ut ait Concilium Tridentinum; *Parochi Sacrif. Missæ. moneant etiam eundem populum, ut frequen- ter ad suas Parochias, saltē diebus Domini- nicis & majorib[us] festis, accedant.* Et ita sicc. 22. de Refor. cap. 4. ait: *Moneatque Episcopus populum diligenter, teneri unum-*